

Isti abbasini sive indiani omnes sunt nigri instar ethiopum et multū zelos feruerentes qd visitandū loca sancta. Deuote et prolixe orant officia diuina more suo perficiunt reuerenter. Amant paupertatem in multa inopia et rerum penuria vitam agentes. etiā si multum abundantur lincis et coloratis videntur indumentis. circumligates capita sua tam viri qd mulieres lineis peplos blauis coloris. Fluidisqz pedibus discalciati incedunt zc. Et quāqz ista faciant et obseruet. tñ prochdolor a certis prauis erroribz nō sunt alieni neqz immunes. Nam circumcisionē carnalē seruant more sarracenoꝝ et iacobitarū parvulos suos circumcidentes. nō attendentes miseri qd apostolus minatur. Si circumcidimini iniquiens: christus vobis nūbil proderit. Adurant qd infantes suos in frontibz ferro calamo: in modum crucis. Alij in genis. alij super nasum. pleriqz in omnibus his locis. credentes eos per huiusmodi adiustionem ab originali peccato mundari. Tunc ego misericōdipatens qui alias satis boni hoīes vident: q interpretē inquirerē. cur hec facerēt que omnino rhomane ecclesie essent aduersa. cui semper missa obedientia sua subiecissent. Responderunt (vt verum fatae) se circumcisionē accipere nō quasi sacramentum necessitanis: sed ob reuerentiam christi qui et ipse fuit circumcisus. Adiustionē vero obseruare pro eo q scriptū esset et dictū per Iohannem baptistā de christo. Ipse vos baptisabū in spiritu sancto z igne. Sed informati a nobis: dicebāt de cetero se velle his prece missis baptismū in aqua suscipere fm ecclesie rhomane moze. Sed nō solum in isto sed et in alijs multis aberrant. Nam in fermento cōficiunt instar grecorū. sub vtrāqz specie sacramentū cōferunt parvulis et adultis. et illos per simplices sacerdotes faciunt cōfirmari adhuc infantes. In officio missarum quodā habent singulares. Stūciose ad missam cōueniunt laici corū. p̄sertim in solennitatibus. et tunc oēs vtriusqz sexūs incipiunt altis vocibus cōcrepantes iubilare. saltare pedibus. plaudere manibus. cōglebantes se in circulis. ibi sex vel septem. ibi nouē vel decem. et interdum per totas noctes sic cantant. potissimum in nocte dominice resurrectionis. qua nō cessant canere donec illucescat. et nōnulli hec adeo feruent faciunt et deuote q interdum debiles ex hoc redduntur. Isti etiā abbasini sive indiani: licet lingua sciant sarracenica et ea dum libertate videntur habent tamē quoddā nihilominus p̄sum ideoma et alphabetum. xlvij. littēras cōtinens. que hic infra suis figuris sunt formate.

De Baronis et eorum reditu abolim ad ecclesiastromanam.

Abitat etiam gens quedam syrorum sub monte libani in provincia phenicis non longe ab urbe bibliensi. numerosa satis multitudine. ad plia admodum edicta aptas. arcibus et sagittis utens expedite. Huius maronite vocantur a quodam magistro suo heretico nomine Maron. qui unam duxit in Christo voluntatem asserebat. et per consequens operationem secutus in hoc quendam antiochenum episcopum nomine macharium. huius heresis primum auctorem. qui in sexta synodo constantinopolitana. cum suis complicibus damnatus fuit et. Hanc imitari heresim maronite. quod quingentos fere annos tanquam heretici a consilio fidelium fuerunt exclusi. Sed tandem diuina inspiratione redeuerunt ad eorum se errasse profidentes. heresi abiurata. in manus Emerici cuiusdam antiocheni patriarche. romane ecclesie obedientia facta sunt adnumerati. et ad unitatem catholice fidei reuersi. Unde cum omnes alii orientales episcopi et plati maiores aliarum nationum. anulis et mitris pontificalibus non vntatur nec baculos gestent pastorales. nec usum habeant capanarum. maronite his omnibus vuntur ut nos. in diuinis officiis et sacramentis ministrandis nobis conformes. Unde et eorum patriarcha generali interfuit concilio rome sub Innocentio tertio celebrato. Huius maronite non morantur Ierosolimis continue. sed sepius illuc ex deuotione veniunt peregrinatum ad quasdam solennitates. nec proprium habent idiomam. sed vel caldaica vel sarracenica lingua vuntur.

Sequitur disputatio quedam necessaria ad predicta.

Etenim ne occasione istarum quas narravimus sectarum aut legum. aut alio quolibet motu quispam in eum labatur errorem. ut credat unumque in sua fide lege vel secta posse saluari. dummodo credat eam esse bonam et deo placere quod facit. et dum propter deum facit quicquid facit necessarium. opereque precium duxi. contra errorem illum tam pernitosum. tanquam pestilentem. quod doctores ante nos tradiderunt. disputando annectere. quatenus mortifero toxicone a quoque incaute insumatur salubre remedium quo ad in nobis est debita prouidencia apponamus. Cestim stat nimis et indubitate apud omnes christianos extat. quia una est fides. unus dominus. unus baptisma. apostolo teste. Dicitur autem fides vera duxit et quid de quo principaliter est fides unius sit. deus videlicet. apud quem non est transmutatione. nec vicissitudinis obumbratio. Atque etiam ratio formalis omnium credendorum una sit et aedem veritas scilicet prima. cui fides principaliter innitit. Ipse fides lumen sit desuper infusionem. et non sit a probabilitate rerum que creditur. Unde nec secundum diversitatem rerum ceddardarum ipsam fidem diversificari oportet. Porro et sola ipsa fides christiana vera est: quod multipharie multisque modis ostendi posset. tum videlicet miraculo et plurimorum confirmatione. tum testium omnium maiorum multitudine exceptione. tum quod reuelationes et prophetias certissimas habet. tum etiam quod non nisi de deo dignissima sentit. tum quod nihilominus etiam de hominie probabiliora et credit et tenet quae magis creaturam deceat rationalem. tum postremo quod successum quem populus iste habuit. qui hanc fidem suscepit. dum secundum eam vixit. et delectione eiusdem dum fidem hanc deseruit. et secundum eam non vixit. Sed his omnibus presumptis unitate scilicet et veritate fidei nostre christiane. atque ob id in presentiarum pretermissis facile esset pessimo huic obuiare errori. Nulla namque fide deo creditur propter hanc. et nulla est alia digna hoc nomine propter ipsam. nullaque alia honoratur deus nisi hic. nec illa est virtus propter ipsam. Nam et ipsa sola fundamentum est et causa omnis religionis in vita ista sicut et opato prima est in dei operibus subsequitur eius primus in dei honorificentia et cultu. quemadmodum et intellectus primus est inter animi vires nobiliores. cuius est perfectio ipsa vera fides. Ex quo sequatur necesse est. quod omnibus alijs credulitatibus et deo non seruitur immo contumeliosus sunt ei. Unde et constat nullam aliam credulitatem fidei nomine fore dignam. Unum autem potissimum et quo fundamento dictus error processerit videamus ut sic ipso eliso fundamento. omnis desuper extructa edificatio penitus ruat. Dicti igitur erroris una et principia hec esse causa videtur. quod multos exagitat atque profundit. numerosa. scilicet multitudo damnatorum et paucitas saluandorum. Unde et multi inquirunt quare tam paucos elegerit dei misericordia.